

DE SPHAERA,

ET PRIMIS ASTRO-

NOMIÆ RVDIMEN-
TIS, LIBELLVS
VTILISSIMVS,

Cui adiecta sunt breuia quædam de Geographia
præcepta maximè necessaria:

*Conscripta olim & dictata familiaribus quibus-
dam auditoribus, & nunc primum recognita à COR-
NELIO VALERIO Ultraiectino, publico lingua
Latine in Collegio Trilingui Bursidiano professore.*



ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini,

M. D. LXXXV.

B 14979

DE SPHERA

SUMMA PRIVILEGII.

REGIÆ Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis CORNELII VALERII Ultraiectini publici linguæ Latinæ in collegio trilingui Buslidiano professoris opera; quorum tituli sunt,

- Grammaticarum institutionum libri quatuor,*
- Tabula summam artis Rhetoricæ complectens, &c.*
- Tabula totius Dialecticæ, &c.*
- De sphaera & primis astronomia rudimentis libellus,*
- Physicæ, seu de nature philosophia institutio, &c.*

ab ipso auctore hoc anno postremum partim emendata & aucta, partim recens emissa, citra Christophori Plantini voluntatem, intra sexennium, vel coniunctim vel separatim imprimat, vel alibi impressa importet, distrahatur, venaliâue habeat per omnes eius ditionis fines, sub pœna confiscationis, & graui mulctâ: vt latius patet in litteris Bruxellæ datis IIII. Septembris, & XXVII. Ianuarij, Anno M. D. LXVI. stylo Brabantia.



Signat.

J. de Vytte.

AMSTERDAMI
Ex officina Christophori Plantini
M. D. LXVI.

3
ORNATISSIMO ATQVE
AMPLISSIMO VIRO DOMINO
GVLIELMO AB HETERENO, BALIVO
Ordinis Ioannitarum apud Vltraiectinos, Domino suo pluri-
mum obseruando, CORNELIVS VALERIYS ab
Auduatra Vltraiectinus, S.



QVO D nuper tibi, vir optime atque hu-
manissime, sum no' licitas, me libellum o-
lim à me conscriptum de Sphæra ac pri-
mis Astronomiæ rudimentis, quem ante
quattuor & viginti annos adolescens, ali-
quot æqualibus ac sodalibus intima familiaritate mi-
hi coniunctis, inter quos te præcipuo semper amore
sum profecutus, dictavi, cum primùm per quotidiana
occupationes liceret, ad limam reuocaturum esse,
tibiq. recognitũ statim missurum: id nunc, otij non-
nihil ad eam rem nactus, præstiti. Neque enim id diu-
tius putavi differendum: præsertim cum idem me pri-
mo quoque tempore facturum promiserim insigni
iuriconsulto D. Ioanni Lentio, regio Consiliario, quo
tu familiariter vteris, cũ quo mihi summa necessitu-
do inde vsque à prima adolescentia fuit. Accessit inter
alios hortator ad edendum & impulsor M. Ioannes
Philippus Matius, sororis meæ maritus, qui filiis suis
quattuor, optimis adolescentibus optimarumq. ar-
tium studiosissimis, ac mihi carissimis, hoc quicquid
est, quod emitto, non ingratum fore existimat, maxi-
mè duobus natu maioribus, quos bonis artibus ac di-
sciplinis ad humanitatem pueros informavi, & hæc
inter cetera Physicæ Philosophiæ præcepta, cum iam
è pueris excessissent, erudiui, & in oratione stylo for-
manda diligenter exercui, vnaque cum his doctissi-
mi viri Ioannis Cauchij duos filios natu maiores, ado-
lescentes & probitate & litteris etiam interioribus ac
reconditis perpolitos, meis cognatis in studiis contu-
bernales amantissimos. Editum hoc opusculum alicu-

CORNELII VALERII
VLTRAIECTINI, DE SPHÆRA
ET PRIMIS ASTRONOMIÆ RVDI-
MENTIS, LIBELLVS PERVTILIS.

ANTEQVAM Sphæra tractationem ag-
grediamur, unde ferè solet initium præce-
ptorum de Astronomia duci, voces ali-
quot geometricas passim occurrentes bre-
uiter explicabimus.

De principijs Geometriæ.

VTILIA sunt in primis ad Sphæra Astronomi-
ce cognitionem, quattuor illa Geometriæ principia,
punctum, linea, superficies, corpus.


De puncto.

PVNCTVM est magnitudinis principium, vt nu-
meri monas. hoc indiuiduum imaginantur mathema-
tici, & omnis magnitudinis expers: & ex huius flu-
xione in longum ducti, procreari lineam: ex linea in
latum fluente, superficiem: & ex superficie subsidente
& crassescente, corpus.

De linea.

LINEA longitudo est latitudinis & crassitudinis
expers, cuius termini sunt puncta. Id tamen non ita est
accipiendum, quasi res ipse, quas metiri velimus, linea
sint: sed linea nomine id intelligi debet, quo rerum lon-
gitudinem metimur. Et vt cogitatione latitudinem à
linea (quod re ipsa fieri non potest) separamus: ita & à
superficie crassitudinem, & à corpore materiam om-
nem quæ sensibus subiecta sit, intelligimus seiunctam.
Linea duplex est, recta & prona.

Recta est, qua equo spatio inter sua puncta exten-
ditur,



De Coluris.

COLURI duo sunt circuli per utrumque mundi
 verticem ducti, sese rectis ac sphericis angulis perse-
 B cantes